



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Symma Practica Theologiae Mysticae**

**Gelen, Victor**

**Coloniae Agrippinae, 1652**

Articulus Secundus. Propria operatio quamdiu mysticus in summi huius transformationis versatur, est sabbatismi felicißima fruitio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9766**

deficiant aquæ fontis Transformationis, præcipue modi descendantis, & in toto suo esse, habere, operari, & frui, sit irri-guus, abundansq;: vt etiam ad medium, & infimam regionē descendendo, toto suo habere, & viuere dicat, bonum est nos hic esse, & interea dum eiusmodi pia exercitia peragit, simul in diuinitate, sicut piscis in aqua, natet; attamen ab vñphantasiæ, & rationis aliquali saltem discursu, liber esse non potest. idèò etiam Deus aliundè compensat bonum contemplationis, ad suam gloriam, (vt cunq;, & saltem quantum ad sublimem operandi modum) interruptum. & hisce in genere dictis, consequenter ad specialia procedemus.

*Propria operatio quamdiu mysticus in summo huīus Transformationis versatur, est sabbatismi felicissima fruitio.*

## ARTICVLVS SECUNDVS.

**R**elinquitur a sabbatismus populo Dei: ac si diceret: ô pia anima, quam fœlix, & diu optata est illa requies, in qua tandem aliquando integrè, perfecteque datur, quod alioquin, aut per partes, aut interrumpentibus spiritus soleitatibus, & interseçtis diuinis carentijs, habebatur. iam verò populo Dei, cuius conuersatio in cœlis est, ibique plus amat, quam in terra, vbi animat, relinquuntur sabbatismus, & cœfatio ab operibus duris, in eo quod do-

no sapidæ scientiæ, & vitali vñsu diuinæ naturæ consors factus, per eiusdem diuinæ naturæ bene-afficientiam viuat, gaudeat, & delicietur. felix hic sabbatismus, in quo nulla distractionum molestia, nulla passionum inordinatio, nulla cœlestium gaudiorum interruptio adstat; felix maximè hic sabbatismus, in quo pia anima magis passiuè, quam actiuè se habet. vnde etiam tam fortes attractus, & sursum actiones toto eo tempore, quo in summo hoc versatur (licet ad annum, aut alterum, perseueraret) experitur, vt si Deo Optimo Maximo placeret, pondus corporis alleuiare; nec momento vñico in terra consistere sibi videretur possibile: quin illico cum spiritu vñque adeò eleuato, ipsum quoque corpus summa cœlorum, ac super quævis imaginaria spatia, altitudinesque coascenderet; vt ei qui super omnes est, etiam adstante liceret: prout clarius colligitur ex sequentibus,

*Eius Velle & Posse adæquatè procedunt.*

## ARTICVLVS TERTIVS.

**C**Vm eleuarent Cherubim alas suas, b ut exaltarentur de terra, non resistebarunt rota, sed & ipsæ iuxta erant:stantibus illis stabant: & cum eleuatis eleuabantur, spiritus enim vite erat in rotis. ac si diceret: ô pia anima, quam diu inter se differunt velle, & posse; iuxta illud Apostoli: Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio;

Gg 2 per-

a Heb. 4. b Ezech 10.